

discurunt per rupes ad yma/ in illis sumitatibus montium tam purus est aer & tam salutifert status quod si homo dum existat in ciuitatibus & mansionibus que in ualibus iuxta montes firmate sunt cuiuslibet generis febres incurat uidelicet tercianas quartanas uel continuas/ & illico quiescens in montibus repulsa infirmitate
13^v° recipit sanitatem & dominus marcus hoc idem| se dixit expertum fuisse sunt etiam duo uel tres montes quasi sulphurei & semper accedunt de montibus illis aque sulphuree ibi est maxima copia arietum siluestrium eorum uiri in grosis mulieribus delectantur & que crosior aparet pulcrior eis uidetur/
uersus meridiem longe a balascian per x dietas est quedam prouincia nomine paxay cuius homines loquelam habent per se adorant ydola & sunt gens bruna in arte *adorant ydola.*
magicha multum noscunt portant ad eorum aures suspensos circulos aureos & argenteos cum perlis & pretiosis lapidibus sunt gentes perfide & crudeles ac sapientes set* mores eorum/ prouincia est in loco multum calido eorum cibus sunt carnes & risus/

Chesmir est quedam prouincia cuius gentes per se habent loquelam. Magicam artem noscunt pre alijs & in tantum quod ydola muta & surda arte illa *Isti adorant ydola & sciunt artem magicam & cogunt loqui & lucem siue diem faciunt tenebrari & tam mirabilia faciunt quod nullus posset credere quin uideret/ sunt enim capud omnium qui adorant ydola illorum cogunt loqui*
ydolla & ab eis ydola desenderunt a contrata ista potest iri ad mare Indorum ipsi sunt bruni & macri. mulieres uero ut brune pulcherrime sunt cibus eorum sunt carnes & cibus(*sic*) terra est calida sunt in ea ciuitates & castra multa. habent heremitas secundum eorum consuetudines in suis heremitorijs permanentes qui multum abstinent in cibis & potu sunt homines casti super luxurie repugnantes & mirabiliter sibi precauent a peccatis secundum eorum legem & fidem prohibitis/
14^r° inter se repu|tantur sapientes longoque tempore uiuunt. & omnes abstinentias *isti ab omnibus peccatis abstinent se ob reuerencia ydolorum abacias & monasteria habent ducunt uita admodum fratrum predicatorum & minorum portant tonsuras/ hic sunt etiam saraceni/*
peccatorum faciunt ob reuerentia ydolorum abacias habent & monasteria quam plura quorum fratres artam uitam ducentes admodum fratrum predicatorum & minorum portant tonsuras/ homines uero prouincie illius aliqua animalia non occidunt non sanguinem faciunt set saraceni aliqui qui eis admixti sunt animalia eorum occidunt ut habeant ad edendum/
Cum uero disceditur de continentijs prouincie balaxian inueniendo quam plura flumina magna & parua & habitationes quam plures/ intrantur quamdam prouintiam termini trium dietarum per omnes partes cuius uohcan nomine appellatur gentes eius legem macometi obseruant & loquelam habent per se homines probi sunt *hic legem macometi obseruant*
& ualentes ad arma. cum uero ab ista contrata disceditur per tres dietas itur inter leuantem & grecum semper per montes & tantum asenditur quod in sumitate illorum montium dicitur altior esse locus totius uniuersi mundi/ Et cum homo

* Read : secundum